



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Collvsione Detegenda. Titvlvs XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

ificis : unum elegitis ex vobis per sortem, qui tres auctoritate vestra elegit, per quos vice omnium Lucan. provideretur ecclesia de pastore: quorum duo retium magistrum R. scilicet elegerunt: quod expressè licebat eisdem, secundum traditam à vobis omnibus potestatem. Procuratoribus igitur vestris super his, in nostra presentis constituti, nos tali examinato processu, licet nota non careat, quinimò multa reprehensione sit dignum, quòd fors in talibus intervenit: [1 & infra.] Electionem celebratam de ipso ad gratiam confirmationis admittimus, sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnantes.

[1 Propter prerogativam, cum nos & literaturam magistri R. canonici, in quem vota vestra ecclesia vestra proficiendum Episcopum concurrerunt, & affectione, quam ad eandem habemus ecclesiam.]

DE COLLUSIONE DETEGENDA.

TITVLVS XXII.

CAP. I.

Accusatore desistente ab accusatione, potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.

Gregorius a universis Episcopis de Corin.

Scripta fraternitatis vestre relegentes, agnovimus, quòd hi, qui contra Hadrianum Episcopum aliqua dixerant, modo cum eodem in amicitiam convenissent: [1 & infra.] Quia verò nunciati facinoris qualitas nos vehementer impellit, ut ea que audivimus, dissimulare nullatenus debeamus, præsertim cum accusatores & accusatum inter se fecisse gratiam indicaveritis: hoc necesse est subtilius perferuari, ne forte non ex charitate, sed ex præmio eorum sit concordia comparata.

[1 Et magna nobis ad præsentem facta est de eorum unitate letitia: sed quoniam ea que dicta sunt, nondum manere non patimur, sedis nostra. Diaconum ad ea investiganda dirigimus.]

CAP. II.

Desistente accusatore & accusato iudex persequitur. Idem.

Crimina & semel audita. Gregorius indiscussa nullo modo præteribet, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam rediisset.

CAP. III.

Colludens in causa beneficii, pravi debet beneficio. Alexander III. Norvicens. Episcopo.

Audivimus eumque adeo clericorum malitiam excruciat, ut interdum inter se collusionione facta super beneficiis, que possident, se sustineant ab aliis molestari, & postea, ut quæstioni cedatur, & iidem clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis solvant aliis de ipsis beneficiis annuam pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, jus sibi valeant vindicare. Unde tibi mandamus, quatenus si quos clericos tua jurisdictionis per collusionionem hujusmodi fraudem legitime tibi constiterit commississe, eos beneficiis, super quibus collusionem fuerit commissa, differas perpetuo spoliare: quia satis esset indignum, si fraus & dolus, que in præjudicium tui juris, & aliorum niuntur committere, in eorum non redundarent incommodum & iacturam.

CAP. IV.

Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non

a Greg. I. Registr. in d. 11. epist. ad c. 27. apud lo. Diacon. l. 4. c. 37. de vita Greg. referitur conc. Lat. sub Alex. III. p. 41. c. 1. & c. 1. eo. 1. in com. b. C. 2. cod. tit. in 1. comp. c. 3. cod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 28. c. 12.

impedit facultatem iterum accusandi & inquirendi de illis criminibus.

Gregorius IX. Barren, a Archiepiscopo, & fratri Joseph monacho Floren.

IN tantum clamor, qui ascendit contra Acherontinum & Archiepiscopum, inavalefcit, quòd dissimulare ipsum ulterius sine scandalo non valemus, nec sine periculo tollerare: & infra. Licet autem sedes Apost. frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam, propter tergiversationes tamen ipsius (ut dicitur) eodem cum inquisitoribus & examinatoribus colludente, necnon corruptis testibus & inquisitoribus, ac examinatoribus supradictis, non solum prædicti excessus remanserunt hæcenus incorrupti, verumetiam pejora prioribus committere non expavit: & infra. Dicitur vestre mandamus, quatenus si de hujusmodi collusionione ac corruptione constiterit: ex integro super præmissis & aliis, alioquin super novis duntaxat inquiratis, que videritis inquirenda.

DE DELICTIS PVERORVM.

TITVLVS XXIII.

CAP. I.

Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt, puniantur tamen mitius, quam adulti.

Gregorius. c.

Pveris grandiusculis peccatum nolunt attribuere, quidam, nisi ab annis 14. cum pubescere coeperint. Quòd merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi que membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & perjuriam, non esse peccata? At his plena est puerilis ætas: quamvis in eis non ita ut in majoribus punienda videantur.

CAP. II.

Pater non debet ita severe puniri sicut major, nec pater ex delicto filii impuberis tenetur.

Alexander III. Hermoin. Episcopo.

Referente nobis d. H. intelleximus, quòd cum N. filius ejus decennis cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos ejusdem H. sagitta percussus, inierit: quòd idem filius ejus cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregrisse: propter quòd Abbas sancti Remigii à præfato H. secundum consuetudinem illius terræ, c. solidos instantius requirebat: [1 & 7.] Unde quoniam e in pueris relinqui solet inultum, quòd in aliis profectioris ætatis humanæ leges dicunt severius corrigendum: mandamus, quatenus si constiterit filium prædicti H. intra 14. ætatis suæ annum eundem excessum commississe, memoratum Abbatem moneas & compellas, ut ab eodem H. prædictos c. solidos propter illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali poena requiratur. [1 Ad nostram audientiam appellavit.]

DE CLERICO VENATORE.

TITVLVS XXIV.

CAP. I.

Clerico prohibetur venatio, & contra facientem poena imponitur. b. d. cum sequen.

a Barren. b Acherontin. al. Acherontin. c In plerisque vulgato, Greg. nonus in manifesto plurimum, ut est impressus, in veteri comp. c. 1. eod. tit. Augustino creditur: verum unde sit scriptum, nondum est inventum. d C. 2. eod. tit. in 1. comp. e al. Verum quoniam, f ullam. g Vide conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 22. §. visitu in super. & Bernard. Diacon. in pract. crimin. can. cap. 26.

